

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

4. Bestias non suo ingenio, aut judicio, sed diuina vi im[m]ittendi ad homines plectendos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

re, ante ciuitates, in iustitiae monumentum: fuisse autem & Christi crucem ex iustitia diuina decretam, cum ita exoluerit, quod nos deliqueramus. Postea, ut hospitem suum inescaret, ex Aeliano, quod sequitur, legit, & disputatione, quam nos, hoc volumine deducimus, exposuit.

II.  
Aelian. l. 10.  
de animal.  
cap. 31.

*Apidis genus unum Thermuthin Ægypti nominant. Hanc sacram esse aiunt, & summa religione colunt. Itaq; ea Isidis simulachra, tanquam regio quodā diadematē, coronant. Eandem in perniciem hominum natam esse negant. Enim uero comminiscantur, eam se à probis abstinere: contra vero impys necem afferre. Quid si ita est, Iustitiam Vnuersi dixeris hanc feram honorare, ut que acrimonia intellectus bonum à malo discernat, & tanquam illius ministra ac vindex in malos animaduertat. Addunt alij, Isidem sceleratissimis hominum eam immittere. Hanc quoq; solam in hoc genere immortalem esse Ægypti referunt, qui apidum genus in sedecim species dividunt. In sacris igitur eisibus ad unumquemq; angulum subterranea sacella excadificant, ubi sanè Thermutidi habitanti bubulum adipem edendū, interuallis quibusdam, obijciunt.*

III.  
Astor. 28.3.

Eiusdem propemodum sententiae fuisse Melitensis insulæ Barbaros incolas, indicat D. Lucas. Nam ibi, cum congregasset Paulus aliquantam farmentorū multitudinem, & imposuisset super ignem, vipersa à calore cum processisset, inuasit manum eius. Ut vero viserunt Barbari pendente bestiam de manu eius, ad iniucem dicebant: *Vtq; homicida est homo hic, qui, cum euaserit de mari, ultio non sicut eum viuere.*

IV.  
Virg. lib. 3.  
Æn.

Hoc Barbarorum, vti & Ægyptiorum iudicium planè erat barbarum, rude, atque à rectâ ratione alienum. Nullum enim, inter probos improbosque, bestiæ suâ naturâ ingenioûe nouerunt discriminem. *Quod si illæ, aut quæcumque alia Pestis & ira Deum Stygys sese extulit undis, aliquando ad hominum scelera vindicanda, à Deo immittuntur; non tanquam suppeditanci quidam iudices, qui caussam cognoscant, sed, velut supremi Numinis ac iustitiae ministri, aguntur potius, quam agunt, famulantur, & tanquam instrumenta duntaxat punientis Dei adhibentur: vt vide-*

Num. 21.6.

*re fuit, in ignitis serpentibus, qui, ut dentem dente plesterent, murmuratores, in deserto, momorderunt.*

V.

*Inno-*

Iñò & hoc genus animantium, & quadrupedes belluae, & volatici dracones, & furentes Harpyiae, non raro etiam inuadunt